

honorā patrem tuam & matrem; qui ait, haec omnia  
 custodiui ad uenturam meam; **Q**uo audito ihs ait ei, ad  
 huc unum tibi deest, omnia quaecumq; habes uende &  
 da pauperibus & habebis thesaurum in caelo & ueni  
 sequere me. **H**is ille caudus & contristatus ē. quia diues  
 erat ualde; uidens autem illū ihs tristem factum dixit,  
 quoniam difficile qui pecunias habent. In regnum dei intrabunt.  
 Facilius est enim camelum per foramen acus transire. quam  
 diuitem in regnum dei; & dixerunt qui caudiebant  
 & quis potest saluus fieri. ait illis, quae impossibilia sunt  
 apud homines. possibilis sunt apud deum. ait autem petrus,  
 ecce nos dimissimus omnia & secuti sumus te;

**Q**uid ait eis, Amen dico uobis. nemo est qui reliquit domū  
 aut parentes. aut fratres. aut uxores. aut filios propter regnū  
 dei. & non recipiat multo plus in hoc tempore. & in saeculo  
 uenturo uitam aeternam; **LXXVII**

**A**dsumpsit autem ihs duo decim ei  
 illis; Ecce ascendimus hierusolimā & consummabuntur  
 omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis,  
 tradetur enim gentibus & in ludum & flagellabitur  
 & conspuetur; & postquam flagellauerint occident  
 eum. & die tertio resurget; **E**t ipsi nihil horum intellexerunt.  
 & erat uerbum istud absconditum ab eis; & non intellegebant  
 quae dicebantur; **F**actum ē autem cum appropin  
 quaret hiericho. caecus quidam sedebat secus uiaē mendicans.  
 & cum audiret turbam praeter euntem. interrogabat  
 quid hoc esset. dixerunt autem ei. quod ihs nazarenus transiret.  
 & clamauit dicens. ihu fili dauid. miserere mei; & qui  
 praeeibant. incipiebant eum ut taceret; Ipse uero.  
 multo magis clamabat. fili dauid miserere mei. stans.